



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1561. usque ad annum 1562

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118596**

§. 79. Grimanus Patriarcha Synodum accedere paratus, suam innocentiam vindicaturus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66624](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66624)

Sæcul. XVI.  
A.C. 1562. fiebat ex eo, quia in demandatæ facultatis literis, quas afferebant, Secretarius inferuerat, quod Synodus universalem repræsentet Ecclesiam, ac Synodus præsens prioris continuatio esset, quorum tamen utrumque corrigi oportebat: primum enim omnino rejiciebatur, alterum vero nondum erat decifum: præterea Reipublicæ diplomata duntaxat exprimebant, quod Oratoribus fides haberetur, non autem ipsis injungebatur, ut Synodo faverent, ejusque Sanctiones exciperent: eapropter Dominici Polani Brixienfis Episcopi, ac Nobilis Veneti, cui Oratores plurimum confidebant, opera effectum, ut Tabellarium ad Senatum ablegarent, petentes, ut eis mandata, ac literæ ea, qua par esset, forma expedirentur, quibus receptis hi Oratores die vigesima quinta ejusdem Mensis ad Synodum admissi fuere.

## §. LXXIX.

*Grimanus Patriarcha Synodum accedere paratus, suam innocentiam vindicaturus.*

*Lit. Legat.  
ad Borr.*

*9. April. 83*

*21. Jun.*

*1562. apud*

*Pallav. l. 16.*

*e. 5. n. 8.*

Sub idem tempus Tridenti fama percrebuit, quod Grimanus Patriarcha Aquilejensis suam innocentiam vindicaturus Synodum accedere decreverit. Hic Præsul a Senatu Veneto ad purpuram



puram summo Pontifici proponebatur, repulsam tamen tulit, eoquod de hæresi suspectus esset: nec tamen defunt, qui affirmant, quod Pontifex ad veniam huic Præsuli indulgendam pronum exhibuerit animum, postea tamen sive per Inquisitionis Iudices ab hoc proposito abterritus, sive aliis ex causis impulsus Legatis suis demandabat, ut Patriarchæ denuntiarent, quod non Tridenti, sed Romæ, ubi ejus causa pendebat, se sisteret, de cetero autem de plena securitate certus esset, suamque causam ad Sacrum Purpuratorum Collegium in publico Senatu congregatum devolvendam sciret. Priusquam Legati hæc Pontificis jussa acceperant, jam desuper summo Pontifici literas dabant, ipsique Patriarchæ significabant, quod Papæ jurisdictioni hac in causa nullatenus derogare vellent: insuper eidem Patriarchæ per suum Coadjutorem proponi curabant, quod Tridentum venire differret: Verum hac in causa, quid amplius fuisse motum haud constat.

Sæcul. XVI,  
A C. 1562.

§. LXXX.

*De Parochiis in plures titulos dividendis actum.*

Interea continuato fervore Congregationes habebantur usque ad proxima-  
mam

Sarpinus  
p. 481.